Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25874
Copyright: Admont, Benediktinerstift



eorum interpretatur: perquam IVSTICIA designatur: in qua abundantia pacis constituitur: per quam de temptationibus exitur: Adami. cruores. uel sanguines dicitur: p quā TEMPERANTIA exprimitur: perquam ieiuniis. & uigiliis. ceterisq; afflictionibus carnis sanguis consumitur: Adami. neceph esse scribitur: que cognomentum dicitur: quia per mortificationem carnis. hoc cognomen quisq; sortitur: ut spiritalis iure uocetur: Apostolus. dic: qa sine sanguinis effusione n̄ fit remissio: & nemo coronabitur: nisi qui legitime certauerit. Post neceph. iephnahel ponitur: que edificatio dei dicitur: quia p prudentiam. fortitudinem. iusticiam. & temperantiam. edificatio illa perficitur: de qua apls fidelibus loquitur: Dei enim agricultura estis: dei edificatio estis. Iephnahel. usq; lecū extenditur: qd ad consurgendū dicit. p quā futura resurrectio exprimitur: in qua omnis opatio di pficitur: cū anime & corporis saluatio pagitur: Et egressus eorum usq; ad iordanen: reuertiturq; terminus contra occidentē. in alnoth thabor. atq; inde egreditur in ueoca. & ptransit in labulon contra meridiem: & in aser contra occidentē: & in iuda ad iordanē. contra ortū solis.

Terminus usq; ad iordanē egreditur: cū conuersionis initiū sumitur: que p iordanem exprimitur. Terminus contra occidentē reuertitur: cū conuersionis initium; pbatio temptationis sequitur: que p occidentem exprimitur: In alnoth pgreditur: quod quasi signum. uel forte signum dicitur: quia patientia pbationis pfectionē operatur: in qua forte signum diuine miserationis declarat. Quod nimirū forte signū p thabor exprimitur: que ueniens lumen dicitur: de quo psalmista loquitur. Signatum est sup nos. lum uultus tui dne. Inde in ueoca egreditur: que sculpsit dr: p quā PSEVERANTIA exprimit: qa sculptura pseueranti labore pficitur.

Terminus neptalim. in labulon contra meridiem ptransit: dū feruor pfecte fidi quē meridies exprimit. habitaculū fortitudinis erigit: qd labulon innuit. Terminus in aser. contra occidentē pertransit: dū pbatio temptationis que p occidentē exprimitur. beatitudinē spei opatur: que p aser designatur: In iuda ad iordanem ptransit: dū in confessione uere dilectionis quā iuda exprimit. ad remunerationis eterne brauiū ptingit: quā iordanis portendit. Contra ortum solis. in reuelatione ueri iudicis: qui illuminabit abscondita tenebrarū. & manifestabit consilia cordiū. SEQT.

CIVITATES munitissime ad seddim. ser. & amath. & rechat. cenereth. & edema. & arama. asor. & cedes. & adrai. nasor. & ieron. & magdahel. horem. & bethanath. & bethsames: ciuitates decem & nouem. & uille earum.

Ciuitates munitissime describuntur: quibus eterne redemptionis forme pscribuntur: Ad seddim. robustus interptatur: p quā uoluntaria paupertas designatur: que uere salutis robore